



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Godefridus Comes. 13. Ianuarii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

membra ad lanienam ipse nudavit , ipse singula truncanda exhibuit ; itaque sanguinis sui purpurâ splendidus , sine pedibus ad martyrum tamen partes transivit , sine manibus palmam tamen cepit .  
S.Zeno Ep.Veron.

*Ejus est in mundo diu velle manere , quem mundus oblettat ; quem seculum blandiens atque decipiens illecebris terrene voluptatis invitat . Porro cum mundus oderit Christianum , quid amas eum , qui te odit ? & non magis sequeris Christum , qui te redemit & diligit ? S.Cypr.de mortalit.*

S.GODEFRIDUS COMES. 13.Ianuarii.

**D**uxit GODEFRIDVS Cappenbergensis Comes genus suum è Regio sanguine. Prædantium suorum militum licentiam , si quisquam alias , frenavit , gnarus militum prædam Ducis esse furtum . Arcem suam in cœnobium vertit , & D.Norberti familiæ transscripsit , cum omnibus fortunis , quibus pæclarum auctarium unâ cum fratre Ottone ipse accessit . Viderunt hoc multò antè in somnis illi , qui de Cappenbergensi arce vel columnam flammantem , vel civitatem nive nitidiorem in cælum viderunt assurgere . Et verò multa , quod morari tam sanctis consiliis injiceret , molitus est cognatus sanguis , nunquam non Deo hæreditatem invidens ; sed ille , uti alia humana omnia , ita hæc etiam insuper habuit , conjugèque inter Sanctimoniales relatâ , Norberti institutum avidissimè arripuit . In hoc acerrimus sui hostis , & gloriissimus victor , vix quidquam cibi sumere est visus , tantum lacrimis inebriari . Cæli cupidissimus missionem corporis accepit anno M.C.XXXVI. cum moriturus illa audisset : *Exite obviam ei , & venientem*

Ian.  
gula  
burā  
par-  
pit.  
dus  
ece-  
ode-  
non  
L?  
ii.  
nes  
um  
re-  
m.  
rti  
ni-  
ne  
nis  
rn  
in  
ò  
st  
a-  
ca  
-  
t  
s  
a  
-

14. Ian. VITÆ SANCTORVM. 37  
tem è cælo comitatum amicissimè salvere jussisset.  
Secundum mortem nepti suæ multâ luce vesti-  
tum, & coronâ conspicuum se ostendit, quæ illa  
legentibus loquebatur : *Induit me Dominus vesti-  
mento salutis, & tanquam sponsam decoravit me coro-  
nâ.* Pulchritè certè honorum cupidos alta conse-  
dere GODEFRIDVS docet. Comitem abjecit, ut  
Rex esset. Ex Surio.

*Amor æternæ vite & spiritualis studium sapientie  
velut in summa cordis tui constitutum arce præcellat;  
quatenus dum fragilem hanc vitam cum sua sapientia  
despicis, repleri divino spiritu, qui ad æternam te provo-  
cket gloriam, felici vicissitudine, merearis. B.Pet.Dam.*  
1.8. Ep. 9.

S. FELIX NOLANUS. 14. Ianuarii.

FELICI Nolano cum fratre germano ita con-  
venit, ut ignobilior hereditatis portio, id est  
terra fratri, melior verò, hoc est, cælum FELICI  
cederet, ut qui Christo militaret, germano Imper-  
atoris castra sequente. Ita divisis vitæ studiis FE-  
LIX sacris est initiatus, ob fidem deinde in vincula  
conjectus ab impiis, sed exemptus ab Angelo, juf-  
sus est emeritum Præfulem Maximum quærere.  
Eum in eremo repertum semianimem precibus  
primò, dein uvis, quas de spinis legerat, recreatum  
domum suam deportavit. Hinc cum denuò hostes  
ei imminerent, occæcati divinitus, quem auribus  
suis loquentem audierant, apertis oculis non vi-  
derunt. Fugientem porò, & intra geminarum  
ædium parietinas abdentem sese, improviso opere  
suo aranea texit, & fuit tam tenuis tela propugna-  
culum tunc FELICI. Hic Cælitum manu pastus VI.  
mensis, & alloquio divino dignus, insula etiam